Multis sane verbis est haec a Platone explicata de respiratione sententia:[77] *Omne animal ipsius prorsus circa sanguinem et venas caliditatem habet, veluti in ipso fontem quendam inexistentem ignis.*[78] *Duo autem cum sint exitus, altero per corpus extra, altero per os et nares*. Paulo vero antea dixerat:[79] *Et omne hoc, aliud quidem in convexa confluere molliter utpote aerem existentem fecit, alias quidem refluere per convexa,* <rete>[xxiv] *utpote corpore existente raro, inde intra per ipsum et rursus extra, radios vero intra ignem succedentes sequi ad utramque parte gradiente aere*. Dein:[80] *Quoniam vacuum nihil est, in quod latorum possit ingredi quid, et spiritus feratur a nobis extra, id quod post hoc cuique clarum, quod non in vacuum sed vicinum ex sede pellit.*[81] *Impulsum vero expellit vicinum semper et propter hanc necessitatem omne expulsum in sedem, unde exit, spiritus intrans illuc et replens ipsam consequitur spiritum, et hoc simul omne veluti rota*[xxv] *circumacta fit, quoniam vacuum nihil sit*. Tandem concludens

---

[77] πᾶν ζῷον αὑτοῦ τἀντὸς [πάντως] περὶ τὸ αἷμα καὶ τὰς φλέβας θερμότατα [θερμότητα] ἔχει, οἷον ἐν ἁυτῷ πηγὴν τινὰ ἐνοῦσαν πυρός. [PLATO, Ti. 79.d.1 – 2]

[78] δυοῖν δὲ τοῖν διεξόδοιν οὔσαιν [corr. ex οὖσαιν], τῆς μὲν κατὰ τὸ σῶμα ἔξω, τῆς δ' αὖ κατὰ τὸ στόμα καὶ τὰς ῥῖνας [ῥίνας]. [PLATO, Ti. 79.d.6 – e.1]

[79] καὶ πᾶν δὴ τοῦτο τοτὲ [τότε] μὲν εἰς τὰ ἐγκύρτια συῤῥεῖν μαλακῶς, ἅτε ἀέρα ὄντα, ἐποίησεν, τοτὲ [τότε] δ' ἀναῤῥεῖν μὲν τὰ ἐγκύρτια, τὸ [τότε] δὲ πλέγμα, ὡς ὄντος τοῦ σώματος μανοῦ, δύεσθαι εἴσω δι' αὐτοῦ καὶ πάλιν ἔξω. τὰς δ' ἐντὸς τοῦ πυρὸς ἀκτῖνας διαδεδεμένας ἀκολουθεῖν ἐφ' ἑκάτερα ἰόντος τοῦ ἀέρος. [PLATO, Ti. 78.d.2 – 7]

[80] ἐπειδὴ κενὸν οὐδέν ἐστιν εἰς ὃ τῶν φερομένων δύναιτ' ἂν εἰσελθεῖν τι, τὸ δὲ [τε] πνεῦμα φέρεται παρ' ἡμῶν [corr. ex ὑμῶν] ἔξω, τὸ μετὰ τοῦτο ἤδη παντὶ δῆλον ὡς οὐκ εἰς κενόν, ἀλλὰ τὸ πλησίον ἐκ τῆς ἕδρας ὠθεῖ· [PLATO, Ti. 79.b.1 – 4]

[81] τὸ δ' ὠθούμενον ἐξελαύνει τὸ πλησίον ἀεὶ καὶ κατὰ ταύτην τὴν ἀνάγκην πᾶν περιελαυνόμενον εἰς τὴν ἕδραν ὅθεν ἐξῆλθεν τὸ πνεῦμα, εἰσιὸν ἐκεῖσε καὶ ἀναπληροῦν αὐτὴν ξυνέπεται τῷ πνεύματι, καὶ τοῦτο ἅμα πᾶν οἷον τροχοῦ περιαγομένου γίνεται διὰ τὸ κενὸν μηδὲν εἶναι. [PLATO, Ti. 79.b.4 – c.1]

[xxiv] Petrić nije preveo riječ πλέγμα

[xxv] Corr. ex tota